



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXIX. Ritter Dietrich von Kerkow und seine Söhne bekunden, daß sie noch die Vereignung des Sees Groß-Warte bei dem Markgrafen für das Kloster Marienpforte zu erwirken haben, am 21. März 1324.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

bus, sicuti hucusque habuimus, perpetuo possidendum et de huius omni impetitione cessamus penitus et ex toto. — Pro quo quidem dimiserunt nobis stagna subscripta: bobetze et ambo clodene, wokule, legerse; sed lingua predictis stagnis et aquis crescencia ad usus dominarum porro remanebunt. In huius rei evidenciam firmiorem presentes litteras robore nostrorum sigillorum dedimus sigillatas. Testes huius rei sunt: dominus Jacobus, plebanus de gerbodendorp, borco de Kercowe, benedictus de benz, Ghereke de swartzenburg. Datum Anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., in die beati benedicti abbatis.

XXIX. Ritter Dietrich von Kerkow und seine Söhne bekunden, daß sie noch die Bereinigung des Sees Groß-Warte bei dem Markgrafen für das Kloster Marienpforte zu erwirken haben, am 21. März 1324.

Nos Theodericus, miles, petrus et georgius, dicti de kerkowe, recognoscimus firmius protestando per presentes, quod proprietatem super stagnum, quod grotenwarten nuncupatur, a domino marchione Brandenburgensi sanctimonialibus in boycenborch debebimus ordinare, In cuius certitudinem hos prouidos et eorum fide media, scilicet petrum prefectum et Jacobum pistorem, Johannem fabrum reponentes. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., in die beati benedicti abbatis et confessoris.

XXX. Ritter Dietrich von Kerkow und seine Söhne Petrus und Georg verkaufen dem Kloster Marienpforte die Mühlenfuhre in Herzleben für 3 Hufen in Clauslagen, am 3. Mai 1324.

Quoniam omnium habere memoriam potius est divinitatis, quam humanitatis — oblivio enim, que per humanam condicionem inducitur, per scripta autentica et testium linguas effugatur — hinc est, quod nos theodericus, miles, petrus et georgius, nostri filii de Kercow, coram univertis tam posteris quam presentibus publice recognoscimus et testamur, quod iusto vendicionis ac empcionis tytulo sanctimonialibus et claustralibus cenobii et claustri boycenborg vecturam molariam, quod vulgariter mollenvur dicitur, ville herfleve dimisimus libere et proprie perpetuis temporibus possidendam, pro qua videlicet vectura molaria sanctimoniales et claustrales predictae nobis tres mansos in villa clauslagen dimiserunt cum omni proprietate, sicut ipse habuerunt, libere possidendas, Ita eciam, quod si aliquis marchionum et dominorum pretactas sanctimoniales in sepe tacta vectura molaria angariaret aut infestaret, nos ipsas de tali angaria aut infestacione sive inpedimento liberas faciemus et indemnes. Verum eciam, si tali vectura molaria